

529.

Bischof Martin von Meißen erklärt, daß Burchard Kitliz auf Fürsprache des Kaisers und des Markgrafen Otto jüngst vom Banne befreit, wegen seiner Eingriffe in den Besitz der Kirche abermals mit demselben belegt sei.

Worms, [1187 Aug.].

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Meißen.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,62. Stumpf 4483.

Ann.: Wegen der Datirung vergl. Scheffer-Boichorst, K. Friedrich I. letzter Streit mit der Kurie 144 und 198 No. 5.

5

: Martinus dei gratia Missinensis ecclesie episcopus.: Notum esse volumus tam futuris quam presentibus | ecclesie nostre fidelibus^a), sed et omnibus scire cupientibus, quod quendam montem in Zagozd, qui Syden vocatur, et alia ibidem quedam | ecclesie nostre 10 bona, que nos et omnes antecessores nostri in libera possessione habuimus, a quorum etiam iniusta invasione Cûnradus | Kitliz in presentia imperii dictante sententia cessavit, frater suus Burchardus violenter et iniuste occupavit. Propter quod iudiciario ordine eum excommunicavimus causamque excommunicationis et ordinem in presentia ipsius, in presentia patrum sui Tiderici maioris ecclesie nostre prepositi, in presentia etiam canoni- 15 corum nostrorum domino pape Urbano Verone significavimus. Unde ut ab eo absolveretur nequaquam elaborare potuit, quamvis etiam cum aliter non proficeret, vestes mutavit, quibus, ut absolveretur, dominum papam decipi posse putavit. Postea autem cum reversi fuimus, domino imperatore Ottone Missinense marchione Wormatie nos monentibus et pro eo satisfactionem nobis promittentibus ab excommunicatione eum ad iusticiam absol- 20 vimus. Sed quia nec sic ab invasione ecclesie nostre destitit, tradentes eum sathanę in interitum carnis, eum iterum eodem anathematis vinculo, a quo eum dominus papa absolvere noluit, auctoritate domini nostri Iesu Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli, sed et nostra innodavimus. — — (SJ.)

530.

25

Markgraf Otto II. von Brandenburg schenkt dem dortigen Domkapitel den Zumaltsee und einen Theil der Havel. — Zeuge: Albrecht, Sohn des Markgrafen von Meißen. 1187.

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Brandenburg. Das zerbrochene S. hängt an Bindfaden.

Gedr.: Riedel, Cod. dipl. Brand. I. 8,116.

— — Testes huius rei sunt, quorum nomina sunt hec. Adelbertus filius marchionis 30 de Misene. Comes Fredericus de Anvort. Walterus de Arnstejn. Cunradus filius Sifridi de Arneburch, capellanus marchionis.

Sunt autem facta anno dominice incarnationis M^o C^o octuagesimo septimo, summum pontificatum in sancta Romana ecclesia regente Urbano III, regnante Frederico Romanorum imperatore invictissimo; feliciter amen.

35

(SFR.)